



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Legatus Apostolicus, Sev Concionvm, De Iohannis  
Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaque peccata  
Herodis, Libertate, Notae**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1612**

Apographum Licentiae Praelati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56132)

Apographum Licentiæ Prælati.

**F**Rater Ioannes Neyen Ord. Minorum Reg.  
Obs. Reuerendis. Patris Generalis Ministri  
super Belgicas Prouincias, necnon Colonia, Argen-  
tine, atque Hybernia cum plenitudine potestatis  
Commissarius Generalis, Venerando admodum in  
Christo Patri F. Philippo Bosquero Prouincia  
nostra Flandria Sacerdoti, Prædicatori Confess. &  
sacra Theologia Professori salutem in Domino.

Quandoquidem video passim magno doctorum  
adplausu recepta, quæ hæcenus opera seu Latine,  
seu Gallicè edidisti. imò & ipsum Pontificem sum-  
mum PAVLVM V. Oratorem tuum Terra-Sanctæ  
gratum habuisse; idcirco venerande Pater, non so-  
lum tibi licentiã pergendi, & noua cudendi, aut  
vetera recudendi facio, sed & paternè te hortor,  
imò, & ad meritum Obedientiæ precipio, vt scribas  
atque edas quacunq; tibi expedire videbuntur, ad  
gloriam Dei Opt. Max. Ecclesiæq; Christiana utili-  
tatem; cari q; mihi erunt quicunq; tibi hac in re  
voluerint esse fautores. Vale, & ora pro me. Da-  
tum Bruxellis sub meo chirographo, officijq; mei sig-  
gillo, 23. Iunij, 1607.

Frater Ioannes Neyen Com-  
miss. Generalis.

Edi-

*Edictum Autoris.*

**E**go F. PHILIPPVS BOSKHIERVS  
Ioannem Crithium Ciuem & Bi-  
bliopolam Colonienſem vnum ſo-  
lumque Liberorum meorum refor-  
matorem, id eſt, Librorum iam edi-  
torum recuſorem, & eius, quem nunc  
edo de S. Ioannis Baptiſtæ aduerſus  
Herodis inceſtum adulterium ſentē-  
tiâ, Typographum, totâ, quam latè  
patet, Germania ſuperiore, eſſe volo;  
iureque Patris in liberos & Autoris in  
libros, ſic edico & ſancio, lex eſto. Si  
quis contrà auſit & faxit, libros libe-  
rosque, eius obſtetricio prodeuntes,  
alioqui meos, ab dico, & pro ſpurijs,  
nohis ac non meis iam nunc habeo.  
Ita eſt. Colonia 1612. die 8. Iunij.

*F. Philippus Boskhierus  
Caſarimontanus.*

ECHO